

8#56#105



SOLOR^o

Obras

Posthum^o

KKT500

S6

1776

c.1



1080046860

**OBRAS VARIAS
POSTHUMAS
DEL DOCTOR DON JUAN
DE SOLORZANO PEREYRA,**

Cavallero del Orden de Santiago, del Consejo de su Magestad,
en el Supremo de Castilla y de las Indias, Junta de Guerra
de ellas, y de la de Minas.

Contienen una recopilacion de diversos Tratados, Memoriales, Papeles eruditos, y algunos
Escritos en causas Fiscales, y todos llenos de mucha ensenanza
y erudicion.

CORREGIDAS Y ENMENDADAS EN ESTA EDICION

POR EL LICENC.^{do} D. FRANCISCO MARIA VALLARNA,

Abogado de los Reales Consejos, y del Colegio de esta Corte.



EN MADRID:

CON LICENCIA, Y PRIVILEGIO DE S. M.

En la Imprenta Real de la GAZETA.

AÑO DE M.DCC.LXXVI.



49442

KKT500

56

1776

OBRA VARIAS
 POSTHUMAS
 DEL DOCTOR DON JUAN
 DE SOLÓRZANO PEREYRA,
 Cavallero del Orden de Santiago, del Consejo de su Magestad,
 en el Supremo de Castilla y de las Indias, Junta de Guerra
 de ellas, y de la de Minas.

Comienza una recopilacion de diversos Tratados, Memorias, Papeles eccl[esi]asticos, y algunos
 factos en causas eccl[esi]asticas, y los de las Indias, en muchas ciudades
 y villas.

CORRECCION Y ENMIENDAS EN ESTA EDICION
 POR EL LICENCIADO D. FRANCISCO MARTIN NARRAÑA,
 Abogado de los Reales Consejos, y del Colegio de esta Corte.



EN MADRID:

CON LICENCIA, Y PRIVILEGIO DE S. M.

En la Imprenta Real de la Gaceta.

AÑO DE MDCCLXXVI



PARECER Y DICTAMEN

DEL DOCTOR DIEGO JOSEPH DORMER,

CORONISTA DE SU Magestad, Y DEL REYNO DE GRANADA,

Sobre los Tratados contenidos en este Tomo; cuyo dictamen sirve de premio á esta Obra.

HE visto esta Recopilacion de Tratados, Memoriales, y Papeles del señor Don Juan de Solorzano, Varon tan conocido por su dignidad y letras, que generalmente celebran todos; y siendo sus grandes méritos de la mayor estima y censura, no puede aventurarse la mia á conocer de estos nuevos escritos, sin intentar reducir al exámen de tenue luz toda la esfera del Sol, motivo porque havrán de convertirse estas lineas en un reconocimiento público de lo que se debe á este nobilísimo Escritor, que ha dado tanta opinion á su pluma, como á España gloria, y adelantamientos felices á la enscñanza comun.

Floreció en la Insigne Escuela de Salamanca, patria, domicilio, y nudriz de las Leyes (como celebran á Roma, y Beryto, San Sidonio Apolinar (1), Obispo en Francia de los Arvernos, y el Emperador Justiniano) (2) obteniendo desde muy mozo las primeras Cátedras, con aplauso, y recomendacion de quantos le oían, y estampando en este tiempo el Libro de *crimine parricidii*, que llaman comunmente de oro: y las diez Conclusiones de *vulgari*, & *pupillari substitutione*, que presidió á Don Americo Marcio de Médicis, sobrino del Gran Duque de Florencia.

Fue nombrado despues por la Magestad del Señor Rey Don Felipe III. Oidor de la Real Audiencia de Lima, en el Perú, y con su orden recogió las Cédulas, y Ordenanzas de las Indias, estampandolas muy ilustradas en los tomos de *Indiarum Jure*, y *Política Indiana*, dignos de mas particular aceptacion, que el Códice de antiguas Leyes que formó Sexto Papyrio, con alabanza comun de los mismos Jurisconsultos, y Escritores de Roma, aun sin añadir algun propio estudio al de la Compilacion: pues Pomponio (3) escribe: *Is liber, ut diximus, appellatur Jus Civile Papyrianum, non quia Papyrius de suo quicquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit.*

Por estos estudios, su christianidad, entereza y zelo executivo en servicio de su Magestad, le favorecieron muy singularmente los Virreyes en repetidos Informes, y el Real Consejo de Cámara en diferentes Consultas, sirviendose su Magestad de hacerle merced de Avito de Santiago, y de Plaza de Oidor, la que primero vacase en Valladolid ó Granada, y apenas llegó á la Corte de Plaza de Fiscal del Consejo de Hacienda, y Contaduría, elevandole ultimamente á Fiscal, y Consejero de Indias, y del Consejo Real de Castilla: empleos todos de la primera estimacion, y en que mostró tan aventajadamente las obligaciones de su sangre y caudal, portandose con la misma justificacion, y entereza que siempre, y estampando las cien Emblemas Regio-políticas, con los demás Papeles, Memoriales y Tratados, que se publican de nuevo en este Tomo, sin muchos, y varias Consultas que aun guardan algunos Curiosos, reconociendose en todos su inmensa erudicion, y cultura admirable en las Lenguas Española y Latina.

Mucha gratitud deben España y las Indias á este insigne Escritor, por haver restablecido sus Leyes con su cuidado y pluma, segun discurre Pomponio (4), hablando de los Autores que han ilustrado el Derecho Civil: *Post hoc deinde, de Auctorum successione dicemus: quod constare non potest Jus, nisi sit aliquis Jurisperitus, per quem possit quotidie in melius produci*; hallandose á esta parte reconocido por comun Maestro el señor Solorzano, y con las nobles calidades que Casiodoro (5) desea en Ministros de su estimacion: *Qui prudentie fascibus ita praeluxit in Curia, ut haberetur meritò clarus inter tot lumina dignitatum. Litterarum quippe studiis dedicatus, perpetuam doctissimis disciplinis mancipavit etatem. Nam primis, ut ajunt, libris eloquentiam consecutus, toto se Aonii fonte sativavit. Vehemens disputator in libris, ... verborum novellus sator: equiparaverat prorsus meritis, quos lectitarat auctores: commendavit etiam studiorum bona per benignitatis insignia; sciens imperitiam magis inflari aura superbia, que levibus flabris exponitur, quia virtutum radicibus non tenetur. Fuit quidam nostrorum temporum Cato, &c.* No habiendo apenas quien no tenga estas circunstancias por proprias de la profundidad, gravedad, y entereza de vida de este insigne Escritor.

Cuyos escritos, que se ofrecen en este volumen, aunque comunmente se califican por suyos, y los advierte la diligentísima y curiosa pluma de Don Nicolás Antonio en el Tomo primero de su Biblioteca Española, pareció no obstante recopilarlos por el beneficio de todos los estudiosos, buena memoria del mismo Escritor, estimacion de España, y de su casa, é hijos, y porque puestos en el olvido no peligrasen en la desgracia que muchos, de que Synesio (6) hace esta sentida ponderacion: *Magis esse impium, suffurari scripta mortuorum, quam eorum vestimenta, quod vocant sepulchra, effodere.* Zaragoza 17 de Mayo de 1676.

Doct. Diego Joseph Dormer.

IN-

- | | |
|--|---|
| (1) S. Sidon. Apollinar. lib. 1. epist. 6. | (4) Pompon. in leg. 2. §. 13. ff. de Origin. Jur. |
| (2) Imper. Justinian. in Proem. Digest. & in Novel. Constit. 10. | (5) Cassiodor. lib. 2. Variar. epist. 3. |
| (3) Pompon. in leg. 2. §. 2. ff. de Origin. Jur. | (6) Synas. epist. 141. alias 162. |
- Obras Posthumas.

D. D. IOANNIS
SOLORZANI
PEREGRINI
I. C. HISPANI
DE PARRICIDII CRIMINE
DISPUTATIO

LECTORI MEO
SALUTEM DICO.

Magnam hujus tractationis partem (Candide Lector) quam nunc bonâ (utinam) scævâ in publicum mando, ex stato, solemnique almae hujus Salmanticensis Scholæ more, annis superioribus, pro obtinendâ licentiæ laureâ, non sine audientium patrum approbatione publicè recitavi. Sed cum neque omnia tunc dici angustiae temporis paterentur, & tempus etiam ipsum, studium jure, & assidua variorum librorum lectio plurima (ut solet) alia nobis obtulerit, quibus antiquum illud opus ornari magis, & conditi putuisset, & quæ in cullei supplicio, parricidis irrogato, latent mysteria, præter alios interpretes reserari, non sum passus, quæ dixi dudum, quæ tacui, quæ etiam postea observavi, & observata in libri formam digessi, diutius in umbraculis domesticis contineri, & fœtum hunc animatum jam, quin & maturum, & prodire foras nitentem, luce privari. Præsertim cum me quoque dicant vatem pastores, & otii & silentii rationem requirant ab homine aliquâ facultate prædito, aut certè his literis initiato, gymnosophistarum legem laudantes, apud quos impransus ad opus extrudebatur, qui nihil cui pranderet adduceret. Sat scio non defuturos, qui melius fuisse dicant, otiosum esse, quàm nihil agere, hoc est, quàm inaniter vexari, difficiles nugæ habere, & quod ait Seneca, *Ingenium inter irrita exercere, & disputationibus nihil profuturis otium terere*, verùm si hoc stultitia est, plures, ut cum Cicerone loquar, stultitiæ hujus reos domestico præconio colligere possum. Neque video cur concessam omnibus, vel correptam jam, vindicatamque quidvis audendi, quidvis scribendi libertatem, mihi adsumere non deberem. Sed quoniam aliud stultitiæ genus videtur exemplis errantium patrocinium sibi mutuare, & contra id quod Cato Albino respondit, culpam malle deprecari, quàm culpâ vacare, nego alienam me, & Juris professore indignam, provinciam suscepisse, nego libellum hunc, quem quasi præcursorium interim dum moliuntur alii, dum comuntur, emitto, in rebus inanibus, & numquam usui futuris versari, cum multa contineat, quæ ad puram, putamque juris prudentiam spectant, multa quæ in foro quotidie, plurima quæ in Scholis tractari & solent, & possunt, & ab aliis, aut ommissa, aut nusquam ut oportebat exposita reperiuntur. Itaque te moneo, lector, ne prius lucubratiunculam istam carpas quàm capias, ne negligas antequam legas, plus enim in recessu quàm in fronte utilitatis & voluptatis habituram spondeo. Vale.

INDEX CAPITUM LIBRI PRIMI.

CAPUT I.

In quo prafationis loco, plurimis & I. C. & bonorum auctorum non vulgaribus testimoniis Reip. salutem in pleſcendis ſontibus verſari docetur. pag. 1

CAPUT II.

Que deterioris exempli ſunt, vindicari ſeruius debere. Pœnas non tam in delinquentium ſupplicium, quam in aliorum metum, emendationem induci, inde interdum & animalia puniri, & novis facinoribus nova ſupplicia excogitari, atque adeo leges meriti in parricidas ſecuire. pag. 2

CAPUT III.

De parricidii nomine, & orthographia, qui olim, qui hodie parricida dicantur. De parricidii quaſtoribus, & eorum officio, & origine plura. Vulgata Pomponii, I. C. lectio contra aliquorum emendationem aſerta. Feſtus Pompejus ex Scalgeri ſententia correctus. pag. 4

CAPUT IV.

Solonem, & Romulum nullas in parentum interfectores leges tuliffe. Id meriti factum, multis & testimoniis, & exemplis ostenditur. Naturam ne ſuſpicari quidem parricidium permittere. Leges facinora interdum non tam prohibere, quam admonere. Prohibitionem & punitionem ad facinus invitare. pag. 5

CAPUT V.

Parricidii pœnam à Solone, & Romulo prudenter omiſſam, non minus prudenter poſtomodum conſtitutam. Leges pro temporum varietate mutari oportere. Parricidium quis primus Roma patroverit. Livii in hac re, & Plutarchi diſſenſio. Tullie, Servii Tullii Romanorum Regis, filie parricidium, & tempore, & immanitate primum videri. pag. 6

CAPUT VI.

Filiorum qui apud varias gentes parentes occiderint, plurima exempla relatu non injucunda. Beſſi Pœoniensis parricidium, ejuſque ultio miraculoſa. Filios non minus quam extraneos parentum vite inſidiari, Accuſii, & aliorum testimonia, hanc in rem in medium adducta. Nationes quaſdam ex more parentibus necem inferre, & alias eorum carnibus veſci, alias canibus tradere, alias è ſaxo dejicere. Sardonius riſus unde. pag. 7

CAPUT VII.

Parricidium qualiter fuerit ab Agyptiis, Hebrais, Græcis, Perſis, Macedonibus, Læſiſtanis, & aliis gentibus vindicatum. Romanos non interfectum modo, ſed & verberatum à filio patrem graviter vindicaffe. Servii Tullii lex in hanc rem allata, & diligenter expoſita. Quid ſit plorare, quid quaſſare, quid jubilate. Sacer homo quis, qua ſacrata leges. Sacer homo cur impunitè à quolibet occidi poſſet ex Macrob. Pulſati parentis pœna. Virgil. Ulpiani, & Seneca de hoc delicto ſententia. pag. 9.

CAPUT VIII.

Parricidii pœna apud Romanos qua fuerit. Eam prius à Tarquino in ſacrilegum quendam uſurpatam. Parem videri parricidii & ſacrilegii rationem. Quo primum tempore Parricide culleo inſui caperint, & an id fuerit legibus, an moribus introductum. Valerii in hac re, cum Livio, Modestino, & aliis auctoſibus pugna. Ea qualiter ab Stephano Pighio, Cujacio, & Petr. Aroadio composita, & Valerii emendatio tentata. Noſtra tandem de tota hac controverſia ſententia. pag. 10

CAPUT IX.

Cullei ſupplicium Modest. mori majorum tribuere, Juſtinianum id nove à Pompejo inſtitutum teſtari, Martianum Parricidas pœna legis Cornelia de ſecariis puniendo docere. In hac pugna Hotiomanum, Balduin. Cujac. Sigonium, Duaren. Ant. Aug. Covarrub. & alios nihil quod probari poſſit dixiſſe. Quid nos in difficili hoc articulo exiſtimemus. Multis iuribus luce allata. pag. 12

CAPUT X.

Peculiariter de pœna à Romanis in parricidas conſtituta tractatur. Parricidiam ex Modest. ſententia ante omnia virgis cadendum. Hoc ex Romanorum moribus factum videri, apud quos ultimum ſupplicium ſemper verbera præcedebant. Porcia & Sempronii leges, verbera à civium tergo removerunt. Cur hæ Parricidis non profuerint. Quid ſit more majorum ſupplicium ſumere. In inſtrumentis verberandi magnum fuiſſe Romanis delictum: virgis cives, flagellis ſervos, vite milites caſos. pag. 14

CAPUT XI.

Sanguineis virgibus Parricidiam verberandum Modest. ſcribere. Has Acc. & alios, quod ſanguinem elicerent, ſic dictas putare. Flagellum, in quo dolor inest, apud Ulpianum quid. Ejuſ emendatio poſt Budaum & alios late probata. Dolon quid. Coraſii, Mantua & aliorum, qui apud Modest. Sanguineis, reponunt, emendatio rejecta. Item & Ruſardi, qui, Saliginis. Sagnen quid. Et ſagminum uſus apud Romanos. Aſſerta vulgariſſe Modestini lectio. Sanguinea virga que, & unde ſic dicta. Arboreſ infelices qua. Licetorum ſaſces an ex iſtis virgibus ſanguineis. pag. 16

CAPUT XII.

Parricidas culleo inſui. Quid culleus, & quibus in rebus uſurpari ſolitus. Non ſemper ex corio, & utre bubulo factum, ſed interdum ex lino, vel cannabi. Quin & è ſparto. Iſidori & Fulgentii, obſcura de hac re verba, cum Turnebo explicata. Cullei menſura & capacitas que. Catonis locus in hoc adductus, & cum aliis in concordiam reductus. Cullei nomen interdum in obſcenis uſurpatum. pag. 17

CAPUT XIII.

Culcum propriam fuiſſe, & ſolemne Parricidii.

Index Caputum.

cidarum pœnam, plurimis testimoniis ostenditur. Plauti obſcena verba hoc ex fonte cum Dionys. Lambino vero ſenſu donantur. In Neronis Parricida populum variè luſiſſe. Cornificii verba ad hanc pœnam pertinentia in medium adducta, & adversus Beroald. Catell. Cottam, Turnebum & alios nova explicatione donata. Folliculus lupinus quid. Reorum ubi ultimum ſupplicium ſubituri eſſent, faciem ex more velari. Ligneæ, que reorum pedibus injiciebantur, quales. Adagium culleo dignus. pag. 18

CAPUT XIV.

Canis, gallus gallinaceus, simia & vipera culleo inſui, quo primum tempore caperint. Varias eſſe in hic quaſtione Erodii, Hotomanni, Magii, Coleri & aliorum ſententias. Simiam planè, & viperam frequenter in hoc ſupplicio apud veteres inveniri. Gallum vero, & canem non ita. Inde Hotomannum in Modestini reſponſo Tribonianum agnoscere. An reſſè; Quanam fuerit eorum animalium inſuradurum ratio generaliter inquiritur, & expoſita rãcula quòdam antiquorum, alia Theopbili vehementer probatur. pag. 20

CAPUT XV.

Canis, quod cum Parricidis ſymbolum habeat. Forcat. & Covarrub. rationes, quod immundus ſit, & impurus, vel quod nimis erga dominos fidelis, multis prius testimoniis & exemplis ornata, poſtea rejecta. Canum quorundam docilitas, & fidelitas admiranda. De Ulyſſeo cane nonnulla. Lares caninis tergoribus quare. Nove rationes inſuendi canes cum Parricida ultra alios tentata. Rabidi canes dominos petunt. Canes in parentes crudeles, matres ſaliunt. A Romanis odio habitus, & quomodo in ſupplicium rapti, & quare. pag. 21

CAPUT XVI.

Gallus gallinaceus cur Parricidiam comitetur? Angeli delirium exploditur, & Accur. item, qui Gallinaceum male caſtratim interpretatur, & peſſime caſtratos gallos reddi fortiores contendit. Gallinaceus cur appelletur. Galli appellatio varia. Galli Dea Cybeles Sacerdotes cur ita dicti cum eſſent caſtrati. Pugnaciſſimos eſſe Gallos, & naturã viperis vehementer inſenſos. Inde ſecundum recentiores parricidii pœna adaptari. Plura de gallorum pugnis, & ubi hodie in uſu. Unde gallorum luſus, qui à pueris Bacchanaliſſimo tempore ſit, originem duxerit; Galli in matres crudeles. Pet. Gregorius in carminum Lucretii allegatione lapſum. Gallus nimis eſſe uxorioſus, & proliſ amantis. pag. 23

CAPUT XVII.

Viperam Parricida ſimilem eſſe, ideoque in ejuſ ſupplicio adhiberi, cum hec quoque parentis viſcera naſcendo præſumpat. Hoc multorum testimoniis probatum, ex aliis poſtea in dubium vocatur. Tandem prior opinio magis admittitur. Sacri legi quomodo apud Aethiopes puniunt. Hominum

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Dicendorum ordo proponitur. Humaniores literas ad juris ſtadium vehementer conducere demonstratur. Parricidii eos primo loco teneri, Obras Poſthumas.

quorundam natura, quibus venenata animalis non nocent. pag. 25

CAPUT XVIII.

Quid habeat simia cum parricida commune. Forcat. Balduin. Pet. Greg. & Covarrub. rationes confirmatae prius, deinde rejecta. Alia, qua nec idos latuit, magis probata. Plura de simiarum natura & hominum imitatione. Catulos ab eis interdum nimis complectendo necari. Animalia quadam parentes occidere. pag. 26

CAPUT XIX.

Parricidas culleo cum animalibus inclusos in mare jacere. Hoc ſolemne fuiſſe: Nec ante Conſtantinum in ſummen demiſſos. Qualiter in mare deferrentur. Ciceroſis verba in dubium vocata. Accur. & aliorum opinio, qui in Modestini reſponſo mare pro ſumme accipiunt, expoſita. Jurisconſultus ſemper proprie loquutus, parricidas aliquando beſtiis, aut igni traditos. Quadam de his pœnis. pag. 27

CAPUT XX.

Parricidas monſtra quadam & portenta nature videri. Inde meriti nova & inuſitata pœna damnari. Elementa communia omnium eſſe. His parricidiam vitium adhibe jure privari. Cicer. Quint. & Ovidii in hanc rem elegantiffima verba. Debere pœnas delictis eſſe conformes. Petri Plaza ratio quadam ob quam parricide in mare jacerent, convicta & damnata. pag. 28

CAPUT XXI.

Parricidas ut Cicer. ait, ideo nudos in mare non dejici, ne ipſum, quo reliqua expiari ſolent, polluerent. Ratio hæc difficilis reddita. Nec à Caſſio Rhodigino, aut aliis ſatis percepta. Aqua ſtivali leviora, graviora crimina mari explari ſolere, late probatum. Aquæ benedicta origo in temporum oſtium. De expiationibus veterum plura. Parricidii crimen nullam apud veteres expiationem admiſiſſe. Hoc cum Illuſtris. Card. Baronio deſenſum, & neceſſariis argumentis evictum. pag. 29

CAPUT XXII.

Sepulturam parricidis negari, multis & juris, & bonarum literarum argumentis & exemplis ostenditur. Sepulturam humanitatis ratione hominibus debitam ſape ob criminum atrocitatem prohibitam. Hanc etiam in animalibus reperiri. Pius Melchlaedis in patrem affectus. Qui olim more majorum ſepultura interdicitur. Parricidas cum parentes occidunt, jure terrã, omnium matre, privari. pag. 31

CAPUT XXIII.

Cullei, & ſerpentium pœna an hodierno jure parricidis irrogetur. Quid apud alios, quid apud nos in hoc ſupplicio, vel legibus, vel moribus immutatum ſit, diligenter expoſitum. Pontificio jure clericos parricidas perpetuo carceri traditos, laicos, aliis pœnis affectos. De carceris perpetui pœna nonnulla. pag. 33

Index Caputum.

contrarium docere videntur, vera interpretatione donati. Honniam vitam brevissimam esse. pag. 35

CAPUT II.

Liberos, qui parentes occiderint, nullis non poenis merito subdi, multis magnisque rationibus suadet. De pietate que parentibus post Deum prastari debet. Parentes Deos appellatos, & diuina quadam esse simulacra. Inde filios dici esse in sacris parentum, ut Conanus existimas. Naturam inter homines quamdam cognationem constituisse. Inter filios & parentes hanc necessitudinem omnium maximam esse. Filium, qui hanc violat, & patris vitam, quam tueri debet, insidiatur in multa peccare. Ciceroniarum & Meropum in parentibus pietas admiranda. Aurea Aurelii Cassiodori in impiis liberis verba. pag. 36

CAPUT III.

Naturales quoque & extra matrimonium procreatos liberos aequè ac legitimos parricidii teneri. De spuris & incestuosis quisdam contra sentire. Nos pluribus in utramque partem expensis, nullam quoad hunc casum liberorum differentiam, serriò decernimus. Naturam aequalem filiis omnibus esse. Nullam parentem à filio in ius vocari permitti, quidquid alii opinentur. De spuris plura scitu non indigna. pag. 38

CAPUT IV.

Proscriptum Patrem (quem banntum vocant) à filio citra parricidii crimen, quidquid alii arbitrentur, occidi non posse. Hoc variis rationibus, & exemplis corroboratum. Limitari tamen ubi pater in patriam, aut principem aliquid hostili animo moliretur, neque alia remedià via daretur. Expenduntur in hanc rem elegantissima Marcell. Cic. & aliorum testimonia. Patrie nos, plusquam parentibus debere. Majorem parentem à Varrone appellari, qui obiter declaratur. Hoc etiam exemplis adstructum. pag. 40

CAPUT V.

Expositum etiam filium, & à patre quouis occasione relictum, si agnatum patrem occiderit, parricidii teneri contra omnes defendimus. De expositis liberis plura. Thebanorum Romanorumque de exponentibus leges. Naturaliter etiam malè meritis parentibus ob solam vitam beneficium pietatem à filiis deberi. Hoc Valerii, & Ciceronis verbi, & Manlii Torquati exemplo probatum. pag. 42

CAPUT VI.

Parricidii crimen malè hucusque ad patrum spiritualium, iudicum, Dominorum, & aliarum similium personarum interfectores extensum. Qui patriam, aut principem produunt, parricidas, passim à bonis auctoribus appellari, & non majestatis tantum, sed etiam Parricidii reos videri. Hoc & debitum patrie amorem exposcere, de quo nonnulla. Pilatum in Christi Domini morte parricidium commississe secundum aliquos. Qui ejus interitus. Preceptoribus non secus ac parentibus reverentiam deberi, pluribus demonstratur, & an in nece eorum Parricidii crimen committatur. pag. 43

CAPUT VII.

De filiis ad parentes transitus factus. Horum in filios imperium ex natura ipsa descendere. Romanos potestatem patriam cum vita & necis jure in liberos exercuisse. Hujus rei multa in bonis auctoribus testimonia, nonnulla etiam in juris Con-

sultorum libris vestigia inveniri. Omnia diligenter ob oculos posita. Et Martiano in l. 1. de Parricid. cum Cuias, lux data. An apud alias nationes jus impium occidendi liberis fuerit. Et qui apud Romanos eo usi veperiantur. Quo respectu Cuias & Justin. patriam potestatem propriam jus Romanorum dixerint. Vendere olim filios parentibus licuisse. Hodie quatenus liceat. pag. 45

CAPUT VIII.

Jus occidendi filios olim parentibus datum, posterioribus legibus ademptum, nec nisi modicam coercionem, aut exheredationis remedium illis relictum. His supplicis parentes erga filios contentos esse debere, Seneca, Ambros. Salvian. & aliorum verbis ostensum. Trajanum filium, quem pater severe nimis tractabat, ab eius manu liberasse. Id jure factum, ut Papin. refert. Cuius verba cum Hotom. & Pet. Fabro emendatur, quomodo Cuias. emendationem non probat. Patrem, filium sibi reluctantem judicibus offerre debere. Multis hoc iuris comprobatur, sed precipue Ulpian. responsio in leg. 2. de scariis. De cujus interpretatione latissime agitur. Neminem indicta causa damnandum. pag. 47

CAPUT IX.

Adempta parentibus liberis occidendi licentià, statim poenas occisoribus irrogatas. Hoc jure, meritoque, & quodammodo in ipsorum parentum gratiam inductum. Ne ad exheredationem quidem patrem sine magna causa accedere debere, Cicer. & Seneca elegantissimis verbis ostensum. Erixonem circum Ramanum, & Quintum Fabium Servilianum ob filiorum cedes jam olim damnatos fuisse, Martiani sententià de patre, qui filium in venatione necavit, multis Doctorum interpretationibus obscurata magis quam exposita, late explicatur, & vero ac novo sensu donatur. pag. 49

CAPUT X.

Constantiniana primum sanctione cullei poenam ad parentes porrectam. Gravissimum esse delictum filios occidere. De filiorum amore plura. Eorum vitam parentibus propria cariorum. Eis omnia ex voto parari. Participes filii cur Terentio dicantur. Pro salute filiorum religiosè juratum. Ut superstites parentibus essent, & eorum oculos clauderent, frequenter vota concepi. Hinc superstitionis nomen. De more operendi oculos mortuorum obiter nonnulla. Dolorem parentum in filiorum obitu, & pro eorum salute sollicitudinem, epitaphis, & animalium exemplis ostensum. Plato qualiter, qualiter Aegyptii filiorum occisores punierint. Nullam majus tormentum inveniri, quam filios in conspectu parentum necare. pag. 50

CAPUT XI.

Non esse tantam pietatem filios servare, quantum facinus interficere. Fuisse multos, qui in suam progeniem severint. Echeli, Tantali, Progenes, Medea, Pontia, Galla, Dejotari, Laudis, & aliorum utriusque sexus parentum in filios crudelitas. Eius detestatio. Constantium, qui primus cullei supplicium filicidis indixit, in idem crimen prolapsus. Hoc multis testimoniis probatum. Que causa Constantium, in filii & uxoris necem impulerit, ad purganda Parricidia regenerationis lacrarum, non ob lepram susceptum ab eo fuisse. pag. 53

Index Caputum.

CAPUT XII.

Parricidii teneri matrem, non que natum tantum, verum & que conceptum filium abegerit, & abortum procuraverit. In hac re communiter animatum factum ab inanimato distinguit. Id an jure factum. Tripthonius in l. Ciero, ff. de poenis exponitur. In abortum curantes Juvenal. Ovid. Cicer. & Tertulliani elegantissima verba. Gravius homicidio hoc crimen videri. Nulla ratione excusari. pag. 55

CAPUT XIII.

Maritum qui uxorem, vel uxorem, que maritum occiderit culleo insui debere, negatum à quibusdam, à multis assertum. Hispana lege expressè sancitum. Hujus rei rationes ex conjugum amore petuntur. De quo plurima diligenter congerimus. Coniuges sibi invicem insidiantes majus Parricidii crimen admittunt, Chrysostr. & Stephani Papa verbi probatur. Murena & viperæ exemplo cum D. Basil. & Alciat. conjugalis concordia, & caritas suadet. Cur fel in Junonis pronuba sacris non adhiberetur. Formula illa, ubi tu Cuias ego Caja, quò tenderet. Nova ejus explicatio. Uxores maritis aequales esse debere. Dominas sepe in legibus appellatas. Interdum filiorum loco fuisse. Poenas malis maritis impositas. Qui conjugum amorem propria vite preterierint. Utrum hac poena ad sponsos trahatur. Martiani responsum exponitur. pag. 57

CAPUT XIV.

Cullei poenam, etiam in quorundam propinquorum interfectores irrogatam videri, quinam hinc. Parentum nomen ad consanguineos interdum extendi. Martianus, Justinianus, & Alphonsus explicati, Cullei poena propinquorum necem non vindicari, tandem contra communem defenditur. In fratrum occisoribus res in dubium vocatur. De fraterno amore plura. Quintiliani & Valerii in fratricidis loci. Parricidii nomen fraterna cadi à bonis auctoribus datum. De Romuli fratricidio. Livius an malè crimen Horatii perduellionem vocavit. pag. 59

CAPUT XV.

Conseilii Parricidii an & quando poena hujus criminis teneantur. Utrum conscientia sola, an etiam sceleris participatio ad poenam desideretur. Secunda Martiani, Ulpiani, & Justiniani responsa explicantur. Nostra, in tota hac questione sententia, & distinctio. Regia legis interpretatio. Par esse delictum admittere, vel consilium, openve delinquenti prastare. Quintiliani, Ciceronis, & Arnobii in hanc rem testimonia laudantur. Alciati etiam emblemata refertur. pag. 61

CAPUT XVI.

Cogitati dilecti poenas Deum tantum exigere.

Intentati verò, & si non perfecti leges etiam humanas. Hoc in atrocioribus sceleribus precipue procedere. In eis quidquid alii sentiant ob solum affectum posse aduersus intentantem ordinaria criminis poena procedi. In Parricidio hoc multis legibus cautum. Venenum propinare gravissimum delictum censei, & quare. In Parricidio, & aliis maleficiis conatum, & voluntatem spectari, non exitum. Exemplis hoc, & testimoniis confirmatum. Qui filiis sibi insidiantibus pepererint. pag. 62

CAPUT XVII.

Parricidiorum easdem ac cetera crimina probationes admittere. Judices comperita maleficia citò punire debere. Suetonium solum, manifesti Parricidii reos culleo insui non posse, nisi proprio ore crimen confiterentur, dixisse: Ex Cicer. Quint. Apulejo, & aliis contrarium constare. Parricidii accusatum, absolvi, ad Reip. honorem quodammodo pertinere. pag. 64

CAPUT XVIII.

Nullam causam inveniri posse, que Parricidium excuset, optimis exemplis probatur. Qui Parricidium Parricidio vindicari, potius dimitti, & ampliare quam absolvi. Orestis & Alceonius Parricidia etiam in patrum ultionem facta à filiis punita. Ciceronis & aliorum de causis furiarum, que Parricidas exagitant verba. Oresten Ditis in Areopago sedentibus absolutum. Parricidium etiam involuntarium extra poenam non esse. Involuntarii homicidii, que fuerit poena apud Græcos. Furiosum si in furore Parricidium commiserit impunitum esse. Quid si post delictum efficiatur furiosus. pag. 65

CAPUT XIX.

De Parricide testamento & successione. Ultimo supplicio damnatos olim nec legitimum, nec testamentarium heredem habuisse. Hodie secus. Eorum qui ante damnationem decessissent, nisi sibi mortem inferrent, facinoris conscientia, successione fuisse. De his qui sibi mortem conceperint plurima. An fides, an Parricide filii, vel alii agnati, ad bona interfectorum, que ad Parricidiam essent perventura, admittantur. Variè in hac questione Doctorum sententiæ referuntur. pag. 67

CAPUT XX.

Parricidii crimen publicum esse. Ideo ejus accusationem cuiusvis à populo datam. Parricidio Rem. ledi. Parricidii accusationem nullo temporis spatio finiri, licet reliqua crimina vicennio extinguantur. Paul. in l. fin. de parricid. expositus nova ejus interpretatio cum Cuiacio relata. Que tamen rejicitur, & communis sententiæ probatur. pag. 69

Index Capitulum

AUCTORUM, QUORUM SENTENTIÆ, ET OPINIONES

IN SEQUENTI TRACTATU DE PARRICIDII
crimine citantur, & exponuntur, nomenclatura,
ordine alphabeti digesta.

A
Accursius.
 Adriani Imper. sententia.
 Adrianus Junius.
 Adrianus Turnebus.
 Egesippus.
 Agidius Bossius.
 Alianus.
 Albus Lampridius.
 Albus Spartianus.
 Aschines.
 Agarhias, sive Agathius.
 Agellius.
 Aimarius Ribarius.
 Alardus Amstelredam.
 Albertus Magnus.
 Alciatus.
 Alexander ab Alexand.
 Alexander Immolensis.
 D. Ambrosius.
 Ambrosius Leo Nolan.
 Ammianus Marcellinus.
 Anastasius Germanicus.
 Andreas Fachineus.
 Andreas Gail.
 Andreas Patricius.
 Andreas Tiraquellus.
 Angelus Perusinus.
 Angelus Arcetius.
 Angelus Mateacius.
 Angles.
 Annæus Robertus.
 Annianus.
 Anronius Augustinus.
 Antonius Clar. Silvius.
 Antonius Cornelius.
 Antonius Faber.
 Antonius Goveanus.
 Antonius Gomezus.
 Antonius Pichardo.
 Antonius Sabellicus.
 Apollonius Rodius.
 Appianus Alexandrinus.
 Apulejus.
 Arias Pinelus.

A
 Aristophanes.
 Aristoteles.
 Arnobius.
 Artemidorus Daldian.
 Ascanius Clementinus.
 Asconius Pedianus.
 Athaneus.
 D. Augustinus.
 Aurelius Prudentius.
 Ausonius Gallus.
B
Balæus.
 Baptista Fulgosius.
 Baptista Pius.
 Barnabas Brissonius.
 Bartholomæus Zancus.
 Bartholomæus Zepola.
 Bartolus.
 D. Basilus.
 Basilici Greci Auctores.
 Bernardus Diez.
 Bernardus Walterus.
 Blasius Florez Mepa.
C
Caldas Pereira.
 Calphurnius Flaccus.
 Carolus Sigonius.
 Casiodorus.
 Catelianus Cora.
 Caro Censorius.
 Catullus.
 Carunculus.
 Cœlius Rhodiginus.
 Cæsar Baronius.
 Cedrenus.
 Charisius Grammaticus.
 Christophorus Colerus.
 D. Chrysostomus.
 Claudianus.
 Claudius Minoes.
 Clemens Alexandrinus.

Auctorum nomenclatura.

Clementinarum liber.
 Codex Justinianus.
 Codex Theodosianus.
 Columella.
 Concilium Constantinop.
 Concilium Illiberitanus.
 Concilium Matisconense.
 Concilium Wormacense.
 Constantin. Harmenop.
 Constitutiones Gregorij XIII.
 Constitutiones Sixti V.
 Cornelius Tacitus.
 Cornificius.
 Cynus Pistoriensis.
 D. Cyprianus.
D
David Rex.
 Decretalium libri.
 Demosthenes.
 Deuteronomii liber.
 Dictionarium Poeticum.
 Dictys Cretensis.
 Didacus Covarruvias.
 Digestorum libri.
 Dio Cassius.
 Dio Chrysostomus.
 Diodorus Siculus.
 Diogenes Laertius.
 Dionysius Gothofredus.
 Dionysius Halicarnas.
 Dionysius Lambinus.
 Dioscorides.
 Donatus Grammaticus.
E
Eduardus Caldeira.
 Eguinarius Baro.
 Emilius Probus.
 Epictetus.
 Erasmus Roterodamus.
 Estræ liber.
 Esther liber.
 Euripides.
 Eusebius Casariensis.
 Eustachius.
 Exodi liber.
 Extravagantium liber.
F
Fenestella.
 Ferrandus.
 Ferdinandus Menchaca.
 Ferdinandus Mendoza.
 Festus Pompejus.
 Feudorum liber.
 Flavius Vopiscus.

Fortunius Garcia.
 Franciscus Balduinus.
 Franciscus Connanus.
 Franciscus Duarenus.
 Franciscus Juretus.
 Franciscus Hottomannus.
 Franciscus Patricius.
 Franciscus Purpuratus.
 Franciscus Sanctius Brocensis.
G
Gabriel Paleotus.
 Galenus.
 Gaspar Cavalinus.
 Gilbertus Regius.
 Genesis liber.
 Glarcanus.
 Graciani decretum.
 Gregorius Lopez.
 Gregorius Lopez Madera.
 Guibertus Costanus.
 Guido Pape.
 Guillelmus Benedictus.
 Guillelmus Budæus.
 Guillelmus Fornerius.
 Guillelmus Onciacus.
H
Henricus Stephanus.
 Herodianus.
 Herodotus.
 Hesiodus.
 D. Hieronymus.
 Hieronymus Cagnolus.
 Hieronymus Magius.
 Historia Fori Romani.
 Homerus.
 Horacius Flacus.
 Hyppocrates.
I
Iacobus Baulensis.
 Iacobus Cujacius.
 Iacobus Durantius Casel.
 Iacobus Menochius.
 Iacobus Ravardus.
 Iacobus Simancas.
 Janus Doua.
 Jason Mainus.
 Joannes Anania.
 Joannes Vela.
 Joannes Bellonus.
 Joannes Bohemus.
 Joannes Corrasius.
 Joannes Stephanus Durantius.
 Joannes Faber.
 Joannes Gutierrez.

Auctorum nomenclatura.

Joannes Baudus.
Joannes Gallus.
Joannes Aupachus.
Joannes de Imola.
Joannes Mariana.
Joannes Mercerus.
Joannes Montalvus.
Joannes Nevizanus.
Joannes Nicolaus Porta.
Joannes Oinorhomus.
Joannes Pareja.
Joannes de Platea.
Joannes Portona.
Joannes Rojas.
Joannes Robertus.
Joannes Rosinus.
Joannes Sarisberiensis.
Joannes Stobæus.
Joannes Tzes.
Job libri.
Jovianus Pontanus.
Josephus Judæus.
Josephus Mascardus.
Josephus Scaliger.
Isaacus Casaubonus.
Isernia.
D. Isidorus.
Julius Capitolinus.
Julius Cæsar.
Julius Clarus.
Julius Higinus.
Julius Pollux.
Julius Solinus.
Justinus Historicus.
Justus Lipsius.
Juvenalis.
Lactantius Firmianus.
Laguna Medicus.
Laurentius Valla.
Latinus Pacatus.
Leges xij. tabularum.
Leges Fori Hispania.
Leges Numa.
Leges Partitarum.
Leges Recopilationis.
Leges Romuli.
Leges Longobardorum.
Leges Wisigothorum.
Levitici libri.
Lucanus.
Lucius Florus.
Lucianus.
Lucrecius.
Ludovicus Mainus.
Ludovicus Ariostus.
Ludovicus Carrerius.
Ludovicus Molina.
Ludovicus Romanus.
Ludovicus Rusardus.

Ludovicus Charondas.
Lycophron.

Macrobius.
D. Marcus.
Marcus Antonius Muretus.
Marcus Antonius Peregrin.
Marcus Mantua.
Marcus Tullius Cicero.
Marcus Varro.
Marianus Socinus.
D. Matthæus.
Matthæus Wesembechius.
Menander.
Minutius Felix.

Natalis Comes.
Nehemias.
Nicander.
Nicephorus Calixtus.
Nicetas.
Nicolaus Balla.
Nicolaus Boerius.
Nicolaus Leonicus.
Nonius Marcellus.
Numerorum liber.

Nufrius Panvinus.
Optatus Milevitanus.
Orus Apollo.
Osascus, Decisiones Pedemontanæ.
Ovidius.

Ardulfus Pratejus.
D. Paulus.
Paulus, de verb. signif.
Paulus Castrensis.
Paulus Manutius.
Paulus Orosius.
Pausanias.
Pelæz de Mieres.
Persius.
Petronius Arbitr.
Petrus Bracheus.
Petrus Colbius.
Petrus Daniel.
Petrus Duenias.
Petrus Faber.
Petrus Gerardus.
Petrus Gregorus Tholos.
Petrus Arodius.

Auctorum nomenclatura.

Petrus Mexia.
Petrus Plaza.
Petrus Rebuffius.
Petrus Vellei. à Guevar.
Petrus Zenedo.
Philippus Beroaldus.
Philippus Decius.
Philo Judæus.
Philostratus.
Picta Poesis.
Pierius Valerianus.
Plaro.
Plautus.
Plinius.
Plinius junior.
Plurarchus.
Polybius.
Pomponius Lærus.
Priscianus Grammaticus.
Propertius.
Pythagoras.

Quintilianus.
Quintus Curtius.

Ravisius Textor.
Raynaldus Corsus.
Robertus Gaguinus.
Rufinus.

Salycetus.
Salvianus.
Sallustius.
Seneca Philosophus.
Seneca Tragediograph.
Servius Honoratus.
Sextus Cæcilius.
Sidonius Apollinaris.
Silvester Aldobrandin.
Simon Majolus.
Simplicius.
Sophocles.

Sophonius.
Sozomenus.
Speculator.
Stephanus Bellengardus.
Stephanus Papa.
Stadius Papinius.
Stephanus Pighius.
Strabo.
Suetonius Tranquillus.
Suidas.
Symmachus.

Adæus Piso Soacius.
Teatrum vitæ humana.
Teophilus.
Teophrastus.
Terentius.
Tertullianus.
Thomas Grammaticus.
Tiberius Decianus.
Titus Livius.
P. Torres Societar. Jesu.
Trebellius Pollio.

Vaconius à Vacuna.
Valentinus Frosterus.
Valerius Martialis.
Valerius Maximus.
Veranius.
Vetus glossarium.
Vincencius Cabocius.
Virgilius Maro.
Vitruvius.
Uldaricus Zasius.

Xiphilinus.
Xenophon.

Zonaras.
Zozimus.

LEGUM, QUÆ IN HOC LIBRO EX PROFESSO
 declarantur, & exornantur verba.

Lex Pœna pen. ff. ad l. Pomp. de parric.
 Modestin. lib. 12. Pandect.

Pœna Parricidii, more majorum hac instituta
 est, ut parricida virgii sanguineis verbera-
 tus, deinde culleo insuatur cum cane, gallo galli-
 naceo, & viperâ, & simia: deinde in mare pro-
 fundum culleus jactetur, hoc ita si mare proximum
 sit: alioquin bestiis obicitur secundum D. Hadria-
 ni constitutionem. Qui alias personas occiderint,
 præter patrem, & matrem, & avum, & aviam,
 quos more majorum puniri supra diximus; capitis
 pœna plectentur, aut ultimo supplicio macentur.

Lex unica, C. de iis, qui parent. vel lib.
 occiderunt. Imp. Constantinus A. ad
 Verin. Vicarium Africae.

Si quis parentis, aut filii, aut filie, aut om-
 nino affectionis ejus, qui nuncupatione Parricidii
 continetur, fata preparaverit, sive clam, sive
 palam id enixus fuerit, pœna Parricidii puniatur:
 & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii so-
 lemmi pœna subijciatur, sed insutus culleo, cum ca-
 ne, gallo gallinaceo & viperâ, & simia, & in-
 ter eas ferales angustias comprehensus serpentium
 contuberniis miscatur: & ut regionis qualitas tu-
 lerit; vel in vicinum mare, vel in annem projici-

ciatur, ut omni ab elementorum usu vivus carere
 incipiat, & ei calum superstiti, terra mortuo au-
 feratur. D. 11. Kal. Decemb. Licinio V. & Crispo
 Cass. Accep. prid. Id. Mart. Carthagina Constan-
 tino A. V. & Licinio Cas. Cass.

Justinianus in §. alia deinde institut. de pu-
 blicis judiciis.

Alia deinde lex asperissimum crimen nova pœna
 persequitur, que vocatur Pompeja de Parricidiis,
 qua cavetur ut si quis parentis, aut filii, aut om-
 nino affinitatis ejus, que nuncupatione parentum
 continetur fata preparaverit, sive clam, sive pa-
 lam id ausus fuerit, necnon is, cujus dolo malo
 id factum est, vel conscius criminis extiterit, li-
 cet extraneus sit pœna Parricidii puniatur: & ne-
 que gladio, neque ignibus, neque ulli alii solemni
 pœna subiciatur: sed insutus culleo, cum cane,
 gallo gallinaceo, viperâ, & simia, & inter eas
 ferales angustias comprehensus (secundum quod re-
 gionis qualitas tulerit) vel in vicinum mare, vel
 annem projiciatur, ut omnium elementorum usu
 vivus carere incipiat, & ei calum superstiti, &
 terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cog-
 natione, vel affinitate conjunctas sibi personas ne-
 caverit, pœnam legis Corneliae de sicariis sus-
 tinebit.

ALPHONSUS NONUS COGNOMENTO SAPIENS,
 Castellæ, & Legionis Rex, septem partiti juris
 compilator.

Lex 12. in tit. octavo, partida septima.

Si el padre matare al hijo, ó el hijo al padre, ó
 el abuelo al nieto, ó el nieto al abuelo, ó á su
 visabuelo, ó alguno de ellos á él, ó el hermano al
 hermano, ó el tio á su sobrino, ó el sobrino al
 tio, ó el marido á su muger, ó la muger á su ma-
 rido, ó el suegro, ó la suegra á su yerno, ó á su
 nuera, ó el yerno, ó la nuera á su suegro, ó á su
 suegra, ó el padrastro, ó la madrastra á su enena-
 do, ó el entenado al padrastro, ó madrastra, ó el
 afortado, al que lo afortó. Qualquier de ellos que
 mate á otro con armas, ó con yervas paladimamente
 ó encubierro, mandaron los Emperadores, é los
 Sabios antiguos que este á tal que fizo esta enemi-
 ga, que sea azotado publicamente ante todos, é de
 si que lo metan en un saco de cuero, é que encier-
 ren con él un can, é un gallo, é una culebra, é
 un ximio, é despues que fuere en el saco con estas

quatro bestias, cosan la boca de el saco; é lancelos
 en la mar, ó en el rio que fuere mas acerca de
 aquel lugar do acasçiere. Otrosi decimos que to-
 dos aquellos que diesen ayuda, ó consejo porque
 alguno muriese en alguna de las maneras que de su-
 so diximos, quier sea pariente de el que así muere,
 quier extraño, que debe aver aquella mesma
 pena que el matador. E aun decimos que si alguno
 comprare yervas ó ponzoña para matar á su padre,
 é desque las oviere compradas se trabajase do gelas
 dar, maguer non gelas pueda dar, ni cumplir su vo-
 luntad, ni sele aguisase, mandamos que muera
 por ello, tambien como si gelase oviese dado, pues
 que no fiçó por él. Otrosi decimos que si alguno
 de los otros hermanos entendiere, ó supiere que su
 hermano se trabaja de dar yervas á su padre, ó de
 matarlo en otra manera, é no lo aperçibière dello,
 pudiendolo facer, que sea desterrado por cinco
 años.

JOAN-



JOANNIS
 DE SOLORZANO
 PEREYRA,

J. C. HISPANI

De Parricidii crimine disputatio.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

In quo præfationis loco, plurimis & juriscon-
 sultorum, & honorum Auctorum non vul-
 garibus testimoniis Resp. salutem in pleben-
 dis sotentibus versari, docetur.



Ranquillum, pacatúmque omnis
 bene constituta Reipublicæ sta-
 tum, exhortatione præmiorum,
 & pœnatum metu servari, ut
 vulgaria Ulpiani, in l. 1. ff. de
 justitia & jur. & Horatii, 1. epis-
 tola. 16. testimonia præteream, eleganter Aris-
 totel. 1. Ethic. cap. 5. verbis civetis, hæc duo
 efficacissima media esse, ut civetis boni effice-
 rentur, tradentis. Et Democriti, qui (ut Plin-
 ius lib. 2. nat. hist. cap. 7. refert) duos tantum
 Deos esse constiuebat, pœnam, & beneficium,
 quæ etiam pro Diis apud Assyrios colebantur.
 Inde optime Cicero pro Cluont. Summum (in-
 quit) rectè factis majores nostri præmium, plu-
 ra peccatis pericula esse voluerunt, & cum las-
 civientis naturæ vitio, homines in pejora fre-
 quentiùs laberentur, justissimis sanè de causis,
 in his Jurisconsultorum responsis, & Impera-
 torum rescriptis, quæ omnes ubique gentes
 non minus quàm ea venerantur:

Pithia que tripode ex Phœbi, lauroque profatur.

Tot passim constitutiones sparsæ reperiuntur,
 quibus severissimis pœnis, interdum etiam &
 levioribus (prou delicti, ac maleficii qualitas
 tulerit) fontes puniri, illique, qui á recto
 virtutis tramite deviarint, coerceri jubentur.
 Obras Posthumas.

Nihil enim adversus petulantiam & injusta-
 tiam magis, quàm castigatio, & animadver-
 sio convenit, & ut capitalibus pœnis, exiliis-
 que quibusdam, quemadmodum Ulpianus in l. con-
 gruit. 13. de offic. præf. scribit, communis bonæ
 gratia civitates purgantur. Sic enim & Cajus
 ait, in l. si à reo 71. §. fin. de fidejuss. Pœnas ob
 maleficia solvi magnam rationem suadere. Et
 Paulus, in l. licitat. 9. §. quod illicitè, ff. de
 publ. & vetig. Disciplina publica vigorem ex-
 pascere, ut illicitè facta competentis supplicio vin-
 dicentur. Sciebat hoc celebris ille Athenien-
 sium legislator Draco, qui, vel eos, qui otii
 damnati forent, capite multandos, suis legibus
 sanxerat, quas non immeritò Demades
 orator (ut Cœlius lib. 11. antiq. leet. cap. 3. &
 Alex. genial. 3. cap. 5. commemorant) non atra-
 mento, sed sanguine scriptas esse dictabat
 & Aristot. lib. 2. Rhet. non hominis, sed verè
 Draconis esse, asseverabat. Sciebat & anti-
 quissimi homines, qui ut Plato in Reip. refert,
 Rhadamantum (quò magis peccandi licentiam
 cohiberent) noxios, & criminis alicujus reos
 in Tartarum, quò delictorum meritis pœnas
 penderent, tradebant dimittere. Sciebat deni-
 que præci illi, & omni semper memoria re-
 colendi Heroès, qui diversis gentibus Nomo-
 philaces extirerunt, benèque ac rectè vivendè
 tradiderunt normam; quorum in tabulis nemo
 est qui nesciat, variis suppliciorum generibus,
 delinquentium audaciam compesti, eosque,
 qui statutam ac præfinitam legibus metam
 transilirent, puniri. Unde legislatores illos pro
 Diis habitos, & tanquam cœlestia numina ve-
 neratos, commemorant plures; Cœlius Rho-
 dig. lib. 18. anti. leet. cap. 19. Mateacius de via
 & rat. jur. lib. 1. cap. 23. quippe cum lex nihil
 aliud